QUAESTIONES THUCIDIDEAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

IN

ACADEMIA GEORGIA AGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

SCRIPSIT

OTTO SCHULZE

BODENFELDAE NATUS.



PARTICULA ALTERA.

GOTTINGAE MDCCCLXXII.

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA.

GUIL. FR. KAESTNER.

De participio appositivo et absoluto.

1. Alicui notioni enuntiati primarii participium, quod singulare subjectum habet, addi potest, si illud subjectum aut ex parte aut totum cum notione, cui participium subjungitur, congruit. — Talibus locis genitivum absolutum positum exspectaveris, sed structura, quae minus accurata est respectu grammaticae legum, adhibita oratio alacrior et vividior fit. —

Illa autem structura saepe a Thucyide adhibita est, ita quidem, ut modo enuntiatum participiale sequatur, modo antecedat, modo inseratur, enuntiationi primariae.

A. E locis, quibus subjectum enuntiati participialis nonnisi ex parte cum subjecto enuntiati primarii congruit

a. primum eos afferam, quibus enuntiatum, in quo participium exstat, enuntiatum primarium sequitur.

cf. I. 49. 4. *μάχης οὐκ ἦρχον, δεδιότες οἱ στρατηγοὶ τὴν πρόρρησιν τῶν Ἀθηναὶων* — II. 54. 2 *ἀνεμνήσθησαν τοῦδε τοῦ ἔπους, φάσκοντες οἰ πρεσβύτεροι.* — IV. 6. 1 *οἱ Πελοποννήσιοι-ἀνεχώρουν, νομίζοντες μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἆγις.* — IV. 73. 4 *οἱ Μεγαρῆς ἡσίχαζον λογιζόμενοι καὶ οἱ ἐκείνων στρατηγοί.* — IV. 108. 4 *ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῦ-εἰωθότες οἱ ἄνθρωποι.* — V. 81. 2. *Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀργεῖοι ξυστρατεύσαντες τὰ ἐν Σικυῶνι ἐς ὀλίγους μᾶλλον κατέστησαν αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐλθόντες.*

b. Enuntiatum participiale antecedit ac quidem participium:

α in nominativo positum est

I. 113. 4 *οἱ φεύγοντες Βοιωτῶν κατελθόντες καὶ οἱ ἄλλοι πάντες αὐτόνομοι πάλιν ἐγένοντο.* — V. 61. 3 *καὶ πείσαντες* (sc. *οἱ Λακεδαιμόνιοι*) *ἐκ τῶν λόγων τοὺς ξυμμάχους, εὐθὺς ἐχώρουν ἐπὶ Ὀρχομενὸν πάντες πλὴν Ἀργείων.* — VI. 3. 2 *ἡ ἔξω προστειχισθεῖσα πολυάνθρωποι ἐγένετο,* ubi quod enuntiato primario continetur de tota urbe intelligeudum est (non solum de externa). — VI. 4. 5 *ὕστερον καὶ ἀπὸ Χαλκίδος καὶ τῆς ἄλλης Εὐβοίας πλῆθος ἐλθὸν ξυγκατενείμαντο τὴν γῆν* sc. et qui urbem condiderant et *πλῆθος,* quod postea adierat. — cf. III. 4. 2 *δείσαντες οἱ ὀλίγοι — ἐμπιπρᾶσι* [1]).

β. Licet igitur, ut e simili nominativi usu jam colligi potest, accusativum participii usurpare, ubi subjectum participii ex parte continetur primarii verbi subjecto. — cf. IV. 118. 14 *ἐκκλησίαν δὲ ποιήσαντας τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς πρυτάννεις, περὶ τῆς εἰρήνης βουλεύσασθαι Ἀθηναίους* (cf. Poppo de eloc. Thuc. pag. 129).

c. Enuntiatum participiale insertum est in enuntiatum primarium IV. 58 *οἱ ἄλλοι Σικλιῶται, ξυνελθόντες ἐς Γέλαν ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων πρέσβεις, ἐς λόγους κατέστησαν ἀλλήλοις.*

B. Tum ad exempla hujus usus, quo

a. subjectum participii subjecto enuntiati primarii continetur, afferenda accedens primum *α*) eos locos commemorabo, quibus qarticipium post enuntiatum primarium positum est.

αα. Multo autem plurimis locis nominativus participii legitur.

---

1) Huc non spectat III. 80. 1 *ὁ δῆμος γενόμενος — ᾖεσαν* quum h. l. ex usu vulgari pluralis verbi pendeat e collectivo in singulari posito.

cf. I. 119 *οἱ ἄλλοι εἶπον, ἃ ἐβούλοντο, κατηγοροῦντες οἱ πλείους τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν πόλεμον ἀξιοῦντες γενέσθαι.* — II. 4. 2 *ἔφυγον, ἄπειροι ὄντες οἱ πλείους τῶν διόδων.* — II. 96. 2. *Δῖοι καλοῦνται, τὴν Ροδόπην οἱ πλεῖστοι οἰκοῦντες.* — VI. 1. 1 *Ἀθηναῖοι ἐβούλοντο-ἄπειροι οἱ πολλοὶ ὄντες.* — V. 4. 3 *ἐκομίσθη ὑπ' Ὀλυνθίων, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς λυθείς* (ad dictionem *ἀνὴρ — λυθείς* cf. II. 10. 3). — II. 65. 2 *ἐλυποῦντο, ὁ μὲν δῆμος, ὅτι-, οἱ δὲ δυνατοὶ ἀπολωλεκότες.*

ββ. Accusativum participii scriptum invenies II. 70. 3 *ξυνέβησαν, ἐξελθεῖν αὐτοὺς καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ τοὺς ἐπικώρους ξὺν ἑνὶ ἱματίῳ· — καὶ ἀργυριόντι ῥητὸν ἔχοντας ἐφόδιον*, ubi *ἔχοντας* maxime respicit ad *αὐτούς.* —

β. Participium inter enuntiati primarii singulas partes intercedit:

IV. 52. 2 *οἱ φυγάδες, ὁρμώμενοι οἱ πολλοὶ ἐκ τῆς ἠπείρου, αἱροῦσι Ῥοίτειαν.* VI. 17. 1 *οἱ Ἀθηναῖοι-οἱ πλείους τῶν ἀρχαίων καὶ τῶν ὕστερον πανοικησίᾳ γενόμενοι τε καὶ οἰκήσαντες, οὐ ῥαδίως τὰς μεταναστάσεις ἐποιοῦντο.*

b. Subjecta participii aut participiorum etiam non raro apud Thucydidem talia sunt, quae singulas partes, e quibus subjectum, quod in enuntiato primario inest, constat, accuratius indicent.

α. Participium enuntiatum primarium sequitur II. 21. 3 *ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν οἱ μὲν κελεύοντες ἐξιέναι, οἱ δέ τινες οὐκ ἐῶντες.* — II. 86. 5 *ἀνθώρμουν, γνώμην ἔχοντες οἱ μὲν μὴ ἐσπλεῖν-οἱ δὲ μὴ ἐσπλεῖν ἐς τὰ στένα.* — IV. 106. 1 *ἀλλοιότεροι ἐγένοντο τὰς γνώμας, ἄλλως τε καὶ βράχυ μὲν Ἀθηναίων ἐμπολιτεῦον, τὸ δὲ πλεῖον ξύμμικτον* sc. *ἐμπολιτεῦον.* — VI. 32. 1 *εὐχαν ἐποιοῦντο, κρατῆρας τε κεράσαντες καὶ ἐκπώμασι οἵτε ἐπιβάται καὶ οἱ ἄρχοντες σπένδοντες.* — VIII. 76. 1 *ἐς φιλονεικίαν καθίστασαν οἱ μὲν τὴν πόλιν ἀναγκάζοντες δημοκρατεῖσθαι, οἱ δὲ τὸ στρατόπεδον ὀλιγαρχεῖσθαι.* — III. 16. 1 *ἐπλήρωσαν ναῦς ἐσβάντες αὐτοὶ καὶ οἱ μέτοικοι.* — VI. 31. 3 *οὗτος ὁ στόλος* (sc. *ὡρμήθη*) *τὸ μὲν ναυτικὸν — ἐκπονηθὲν — τὸ δὲ πεζὸν ἐκκριθέν.* — VII. 71. 1 *ὁ πεζὸς — τὸν ἀγῶνα*

εἶχεν, φιλονεικῶν μὲν ὁ αὐτόθεν περὶ τοῦ πλείονος ἤδη καλοῦ, δεδιότες δὲ οἱ ἐπελθόντες, μὴ ἔτι χείρω πράξωσιν cf. II. 16. — β. Participium in medium enuntiatum prim. insertum: IV. 96. 2 ἀρξάμενος — τάφρον τε καὶ τείχη διελομένη ἡ στρατιά- ἀπεσταύρουν. VII. 86. 4. Συρακουσίαν τινές-οἱ μὲν δείσαντες- ἄλλοι δὲ — ἀπέκτειναν αὐτόν.

2. Idem valet, si notio, quae in participio inest, et subjectum complectitur et latius porrigit quam subjectum enuntiati primarii, ita ut hoc tantum partem illius efficiat. Hic iterum duo modi discerni possunt.

A. Aut enim participium conjunctum est cum uno enuntiato, cujus subjectum non idem est, quod participio subest, sed eo tantum continetur, quod apud Thucydidem saepe invenitur, ac quidem plerumque participium

a. antecedit.

cf. I. 126. 8 οἱ Ἀθηναῖοι στρυχόμενοι τῇ προσεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί. — II. 92. 6 φοβούμενοι τὴν ἀπὸ τῶν Ἀθηναίων βοηθείαν ἐπέπλευσαν ἐς τὴν Κρισαῖον κόλπον πάντες πλὴν Λευκαδίων. — III. 53. 4 ἀγνῶτες ὄντες (sc. ἡμεῖς τε καὶ ὑμεῖς) ὠφελούμεθ' ἄν. — I. 18. 2 κοινῇ ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον ὕστερον οὐ πολλῷ διεκρίθησαν πρός τε Ἀθηναίους καὶ Λακεδαιμονίους. — Quum participio significentur et Athenienses et Lacedaemonii et socii utriusque gentis, ad verbum tantum socii intelligendi sunt. — I. 42. 1 ὧν ἐνθυμηθέντες καὶ νεώτερός τις παρὰ πρεσβύτερον αὐτὰ μαθὼν ἀξιούτω etc. Postquam primum omnes auditores, qui adsunt, Corinthiorum legati allocuti sunt, dicentes ἐνθυμηθέντες, in iis, quae sequuntur, etiam in verbo finito ad partem eorum sc. ad juniores, transeunt. — I. 100. 3 πέμψαντες (quod referendum ad omnes Athenienses) μυρίους οἰκήτορας — τῶν μὲν Ἐννέα ὁδῶν ἐκράτησαν (i. e. ii, qui missi sunt). — III. 112. 8 οἱ Ἀμπρακιῶται κακωθέντες ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν (quae formula, electa ad magnam calamitatem significandam etiam I. 110. 1 eodem sensu legitur) ἐσώθησαν ἐς τὴν πόλιν. — IV. 49 ἐκπέμψαντες Κυρινθίους (quod respicit et ad Athenienses et ad Ambraciotas, de quibus

antea sermo erat) *αὐτοὶ Ἀκαρνᾶνες οἰκήτορας ἔσχον τὸ χωρίον.*

b. Participium sequitur.

I. 40. 4 *περίνεως οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν, ἄλλως τε καὶ μέλλοντας πέλαγος περαιώσεσθαι* (participium non solum *τοὺς περίνεως* i. e. *ἐπιβάτας*, vectores complectitur, sed omnes, qui in navibus versantes expeditioni intererant. [1]) — II. 7. 1 *οἱ Ἀθηναῖοι παρεσκευάζοντο, παρεσκευάζοντο δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρεσβείας τε μέλλοντες πέμπειν παρὰ βασιλέα, πόλεις τε ξυμμαχίδας ποιούμενοι.*

c. Participium enuntiato primario insertum: I. 140 *τοὺς ἀναπειθομένους ὑμῶν δικαιῶ, ἢν σφαλλώμεθα βοηθεῖν ἢ μὴ δὲ πορθοῦντας* (sc. *ἡμᾶς*) *τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι* (schol. scribit *Ἢ μηδὲ κατορθοῦντας ἀντὶ τοῦ ἢ μηδὲ κατορθούντων* [2]) — (Dubium est, num VI. 74. 1 *στασιάζοντες ἐπεκράτουν μὴ δέχεσθαι τοὺς Ἀθηναίους οἱ ταῦτα βουλόμενοι,* huc respiciat, quum difficile sit ad discernendum, utrum *στασιάζοντες* de omnibus Catinensibus intelligendum sit aut de una factione Atheniensibus inimica).

B. Aut subjectum participii in suas partes dividitur, quarum unicuique singulare verbum finitum additur.

cf. II. 4. 4 *διωκόμενοι — οἱ μέν τινες — διεφθάρησαν, οἱ δὲ — ἐξῆλθον, ἄλλοι δὲ — σποράδην ἀπώλλυντο· τὸ δὲ πλεῖστον — ἐσπίπτουσιν ἐς οἴκημα μέγα.* — II. 25. 4 *χειμαζόμενοι, οἱ μὲν πολλοὶ ἐπέβησαν ἐπὶ τὰς ναῦς, οἱ δὲ Μεσσήνιοι τὴν φεῖαν αἱροῦσιν.* — II. 91. 4 *διώκοντες οἱ μέν τινες τῶν νεῶν ἐπέστησαν τοῦ πλοῦ, οἱ δὲ καὶ ἐς βραχέα ὤκειλαν.* — III. 10. 5 *ἀδύνατοι ὄντες ἀμύνεσθαι οἱ ξύμμαφοι ἐδουλώθησαν πλὴν ἡμῶν καὶ Χίων· ἡμεῖς δό αὐτόνομοι δὲ ὄντες ξυνεστρατεύσαμεν.* — VII. 13. 2 *οἰόμενοι χρηματιεῖσθαι μᾶλλον ἢ μαχεῖσθαι οἱ μὲν ἀπέρχονται, οἱ δὲ — τὴν ἀκρίβειαν τοῦ ναυτικοῦ ἀφῄρηνται.* — III. 42. 2 *οἱ καταφυγόντες στασιάσαντες, οἱ μὲν — ἐν διατειχί-*

---

1) cf. Poppo de eloc. Thuc. p. 129.
2) cf. Poppo p. 128.

σματι εἶχον, οἱ δὲ τὸν Πάχητα ἐπάγονται. — Aliter verba explicanda sunt, quae leguntur: II. 52. 4 φθάσαντες τοὺς νήσαντας οἱ μὲν ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρὸν ὑφῆπτον, οἱ δὲ καιομένου ἄλλου ἄνωθεν ἐπιβαλόντες ὃν φέροιεν ἀπῄεσαν; nam membrum φθάσαντες etc. non spectat ad secundum membrum, sed significat nonnisi eos, qui in enuntiato, quod antecedit, indicati sunt per οἱ μέν. Debebat quidem Thucydides vulgarem rationem secutus aut participium φθάσαντες ponere post verba οἱ μέν, aut alterum membrum aliter formare, ita ut etiam ad participium praemissum quadrasset; sed quum ea, quae participio continentur, maximi momenti sint atque inprimis inserviant pingendis vinculis, per quae res publica continetur, solutis, factum est, ut Thucydides illa verba cum vi in initio posuerit.

3. In oppositionibus scriptores interdum sibi permiserunt, ut participio in nominativo posito duo subjecta adderent, etiamsi participium tantum ad alterum respexit, qua re satis mirum anacoluthon, quod dicitur, oritur, quod tamen ad graecae linguae indolem accommodatius est, quam ad nostram linguam, quum enuntiata per παρατάξιν formare amet, quem usum jam Homerus non respuit (cf. II. 401 ὁ δὲ Θέστορα ὁρμηθεὶς — ὁ μὲν — ἧστο — ὁ δ' ἔγχεϊ νύξε); cujus rei Kruegerus (§. 56. 9. 3) tria exempla affert: Dem. 52. 30. Hen. Cyr. 4. 6. 3. — An. 1. 8. 27). — Qualem periodorum conformationem apud Thucydidem, qui in adhibenda illa structura maxima cautione utitur, inveni nonnisi III. 43. 3 ὁ δὲ παρακαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν — ὁ μὲν ἐξῆλθε παρ' αὐτόν, ὁ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἐν φυλακῇ εἶχεν pro Πάχης παρακαλεσάμενος ἐς λόγους Ἱππίαν ἐξελθόντα αὐτὸν ἐν φυλακῇ εἶχε (cf. Popqo de eloc. Thuc. p. 108), ubi anacoluthon excusari potest neque multum offensionis praebet, quum Paches etiam in iis, quae sequuntur, primas partes agat. (Similiter dicitur IV. 80. 4 προκρίναντες ἐς δισχιλίους, οἱ μὲν ἐστεφανώσαντο, οἱ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον ἠφάνισαν αὐτοὺς pro προκρίναντες ἐς δισχιλίους στεφανωθέντας καὶ τὰ ἱερὰ περιελθόντας αὐτοὺς ἐφάνισαν. —

4. Tum participium in nominativo ita ponitur, ut profecto ad anacoluthi naturam accedat, in verborum structura, quae fit *κατὰ τὸ σημαινόμενον*, ita quidem ut scriptor verbum, quod ad participium respiciat eique accommodatum sit, vel antecessisse putet, vel in iis, quae sequuntur, addere sibi proposuerit, pro quo aliud dicendi genus structura, quae proprie ex regula ei adhibenda erat, omissa usurpatur; accedit, quod aut pro dictione electa saepe facile alia, quae illi respondeat, cogitari potest, in qua notio primaria in nominativo posita sit, velut pro formula *ἦν πᾶσι βοή* fortasse dici potest *πάντες ἐβόων*, aut quod nominativus quodammodo accurate et definite circumscripta notione caret. (Huc non referendi sunt loci, de quibus dixit Poppo de eloc. Thuc. p. 107. — De verbis, quae sequuntur IV. 73. 4, V. 81. 2 jam supra exposuimus. Alii autem loci a Poppo illic tractati inter illa exempla referenda sunt, quibus subjectum conjunctioni praemissum non ad verbum enuntiati primarii, sed secundarii, quod pendet ex illa conjunctione, respicit, qui usus raro adhibetur, ad quem illustrandum Poppo et Classenius afferunt III. 4. — 5. 1 — V. 28. 1 cf. VII. 32. 1 *οἱ πρέσβεις οἰχόμενοι ἐς τὰς πόλεις, ἐπειδὴ ἔπεισαν, ὁ Νικίας πέμπει* etc., ubi *πρέσβεις* cum conjunctione, quae est *ἐπειδή*, conjungatur oportere videtur).

A. Nonnullis locis, quibus aliquid per periphrasin exprimitur, structura in ea circumlocutione vocabulo, quod ad aliquam rem circumscribendam adhibetur, aut notioni, quae circumscribitur, accommodari solet.

a. Genitivum vel accusativum positum esse exspectaveris [1]):

---

1) Huc non refero I. 8. 1 *νεωσθέντες τῇ σκευῇ τῶν ὅπλων ξυντεθαμμένῃ*, quum *ξυντεθαμμένῃ* ad *τῇ σκευῇ*, quod cum genitivo *τῶν ὅπλων* quasi unam notionem efficit, referri nihil miri neque quicquam offensionis habeat, ita ut causa nulla est, cur praeferenda sit lectio *τεθαμμένοι*, quod scribi vult Poppo p. 109.

α. I. 110 τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα ἐφθάρη ἓξ ἔτη πεολμήσαντα, ubi in verbis τὰ πράγματα maxime de personis cogitatur, ita ut sensus exsistet: Graeci eorumque inceptum, quare etiam participium πολεμήσαντα pro πολεμησάντων, satis miro modo, sequitur.

β. Apud infinitivum nominativum participii pro genitivo vel accusativo, qui requirebatur, positum reperimus IV. 52. 3 ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια τὰς πόλεις ἐλευθεροῦν· καὶ κρατυνάμενοι αὐτὴν ῥαδίως ἀπ' αὐτῆς ὁρμώμενοι τὴν Λέσβον κακώσειν, quippe καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια positum pro διανοοῦντο vel ἐνόμιζον. — VIII. 104. 4 ἐπειγομένων δὲ — ξυμμῖξαι, καὶ — ὑπερσχόντες αὐτοὶ — ἀποκλῆσαι. — V. 41. 2 οὐκ ἐώντων μεμνῆσθαι περὶ αὐτῆς, ἀλλ' — ἑτοῖμοι εἶναι, ubi λεγόντων ex ἐώντων supplendum.

b. Saepius ita nominativus pro genitivo absoluto, ut videtur, exstat [1]).

α. cf. IV. 23. 2 τὰ περὶ Πύλον ὑπὸ ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον περιπλέοντες, Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι (cf. Poppo p. 109) quasi antecessisset ἀμφότεροι ἐπολέμουν. — V. 70 ἡ ξύνοδος ἦν Ἀργεῖοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν νόμου, ubi participiis idem continetur, quod enuntiato primario, sed ita, ut quod enuntiatum primarium exprimit, in participiis accuratius defi-

---

1) Huc non referendum III. 53. 4 δέδιμεν οὐχὶ μὴ προκαταγνόντες ἡμῶν τὰς ἀρετὰς ἥσσους εἶναι τῶν ὑμετέρων ἔγκλημα αὐτὸ ποιῆτε, ἀλλὰ μὴ ἄλλους χάριν φέροντες ἐπὶ διεγνωσμένην κρίσιν καθιστώμεθα, ubi vel ὑμῶν φερόντων καθιστώμεθα vel φέροντες ἡμᾶς καθιστῆτε proprie scribendum fuisse Poppo dicit (p. 108); sed non jure; nam in orationem acerbissimam Plataeensium, quorum in Lacedaemonios et Thebanos offensa est voluntas, cadit Plataeenses ita loqui, ut fieri posse dicant, ut ipsi Thebanis infestissimi iis χάριν φέρειν debere cogitentur. — Verbum καθιστώμεθα non passivo sensu, sed mediali accipiendum (esse Classenius jure annotat, ita ut hujus loci sensus sit: metuimus, ne, ut aliis (ie. Thebanis) gratum faciamus, ad sententiam jam dictam accedamus).

nitum et in partes suas distributum nobiscum communicetur. (cf. VI. 31. 3). — (Boehm. confert cum hoc loco Her. Hell. 2. 2. 3 οἰμωγὴ — ἐς ἄστυ διῆκεν, ὁ ἕτερος τῷ ἑτέρῳ παραγγέλλων. — cf. Her. VIII. 74. — Pflugk. ad Eur. Heracl. 39. A. Hel. 289). — Neque hic praetermitti debent verba, quae leguntur I. 137. 4 ἐδήλου ἡ γράφη ὅτι Θημιστοκλῆς ἥκω. — Tum in parenthesi pergitur γράψας etc., quasi ἀπέστειλεν (ὁ Θημιστοκλῆς) pro ἐδήλου antecessisset [1]).

β. Ita antecedit nominativus participii IV. 40 ἀπιστοῦντες, quasi sequeretur: meliora edocti sunt aut simile quid, pro qua apodosi factum ipsum statim narratum reperimus. — Similis structura invenitur VIII. 30. 3 αἱ μὲν νῆες χειμασθεῖσαι, καὶ αἱ μὲν Δῆλον λαβόμεναι καὶ ὕστερον πάλιν ἐλθοῦσαι ἐς Μίλητον, αἱ δὲ ἐς τὸν Ἑλλήσποντον διασωθεῖσαι Βυζάντων ἀφιστᾶσιν, ubi in priori membro αἱ μὲν Δῆλον λαβόμεναι praedicatum desideramus; quod enuntiatum constructum est, quasi alteri membro, quod sequitur, verbum finitum subjungeretur, quod ad utrumque enuntiatum respiceret, quum alterius membri structura talis sit, quasi priori participio singulare verbum finitum additum esset atque pro ἐλθοῦσαι exstaret indicativus aoristi ἦλθον, quod anacoluthon ea de causa adhuc h. l. exstare existimandum, quod scriptor ad recognoscendum librum octavum, qui asperitatibus saepius non carere constat, non venit. — Tum Poppo (p. 108) huc refert VI. 22 πολλὴ γὰρ οὖσα, οὐ πάσης ἔσται πόλεως ὑποδέξασθαι, ubi scriptor pergere voluisse: „non poterit excipi ab unaquaque urbe" annotat; sed rectius Kruegerus locum intellexisse videtur dicens verba πολλὴ οὖσα pro accusativo πολλὴν οὖσαν posita per anticipationem, quae Thucydidis est, cum ἔσται conjuncta esse (cf. Krüg. §. 61. 6. 8). — Non praetermittenda verba, quae leguntur VIII. 63. 3 ubi sequor Krue-

---

1) de participio sic in parenthesi posita ac quidem in media oratione directa cf. Krüger ad Thuc. I. 87. 2.

gerum, qui scribit: *αὐτῶν τῶν Σαμίων προτρεψάντων τοὺς δυνατοὺς ὥστε πειρᾶσθαι μετὰ σφῶν ὀλιγαρχηθῆναι καίπερ ἐπαναστάντες αὐτοὶ ἀλλήλοις, ἵνα μὴ ὀλιγαρχῶνται* pro *ἐπαναστάντας αὐτοὺς* nitens auctoritate Cass., Aug. Pall. Reg. atque afferens ad hunc usum probandum, quo nominativus respiciens ad genitivum *αὐτῶν τῶν Σαμίων* positus est, quum scriptor in mente haberet *καὶ αὐτοὶ οἱ Σάμιοι προύτρεψαν* Her. I. 51. — Plat. legg. 908. a (cf. Poppo p. 110 A. Krueg. ad h. l., qui causas accuratius exponit, quibus commotus a lectione vulgata recesserit) (Nostrum locum Poppo confert cum V. 41 *ἑτοῖμοι εἶναι* p. 116).

B. Non minus frequentem esse nominativum participii pro dativo positum, inprimis, si formula *ἔδοξεν αὐτοῖς*, idem significans, quod *ἐψηφίσαντο* s. *ἔγνωσαν* exstat, nemo ignoret; sed interdum scriptura ita fluctuat inter nominativum et accusativum, ut tantum codicum auctoritatem sequentes decernere possimus, uter illorum casuum eligendus sit, quum uterque ex usu cum infinitivo conjungi possit, de qua re Poppo conferri jubet Zeun. ad Xen. Cyr. VII. 5. 37 et se ipsum ad III. 2. 28. — Praeterea e latinis scriptoribus affert Sal. Jug. C. 112. (cf. Poppo p. 110). — Neque vero participium post unum verbum *ἔδοξεν* ita adhibetur, sed etiam post alias locutiones similis generis.

(Huc respicere verba, quae a Poppo p. 119 allata sunt, non credo; sed quum tam diverse intelligantur et scribantur, paullo accuratius de iis exponendum videtur. — Poppo codd. sequens scribit: *Γενήσεται δὲ ὑμῖν πειθομένοις καλὴ ἡ ξυντυχία κατὰ πολλὰ τῆς ἡμετέρας χρείας· πρῶτον μὲν, ὅτι ἀδικομένοις καὶ οὐχ' ἑτέρους βλάπτουσι, τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσθε· ἔπειτα, περὶ τῶν μεγίστων κινδυνεύσοντας δεξάμενοι, ὡς ἂν μάλιστα μετ' ἀειμνήστου μαρτυρίου τὴν χάριν καταθῆσθε; ναυτικόν τε κεκτήμεθα πλεῖστον*, colon collorari jubens pro puncto post *χρείας* et post *καταθῆσθε*, quum verbis *πρῶτον μὲν — πλεῖστον* tres causas contineantur, cur societas cum Cercyraeis inita Atheniensibus *καλή*, honorifica futura esset. Tum eorum sententiam, qui ex iis, quae

antecedunt, solam particulam *ὅτι* repetentes eam jungi volunt cum conjunctivo *καϑάϑησϑε* rejicit; haud dubie jure; neque minus recte iis repugnat, quibus futurum *καταϑήσεσϑε* reponendum in mentem venit, quum lectionem praeter necessitatem inferrent, quae in nullo codice exstaret. — Postquam igitur eos errasse dixit, qui ex antecedenti enuntiato integram sententiam *ὅτι τὴν ἐπικουρίαν ποιήσεσϑε* repeterent, quum ita languide jungerentur *τοὺς κινδυνεύοντας δεξάμενοι, τὴν ἐπικουρίαν αὐτοῖς ποιήσεσϑε* alterutro sufficiente, praeferendam censet alteram explicationem, e qua Thucydides pro *ὅτι δέξεσϑε* participium *δεξάμενοι* futuri exacti vim habens substituisse putandus esset, tum pergens: „pro quo nominativo proprie quidem exspectes dativum, quum praecedat *γενήσεται ὑμῖν καλὴ ἡ συντυχία τῆς ἡμ. χρ.* Sed quum haec verba ad sensum nihil aliud significent atque *ἕξετε καλὴν τὴν ξυντυχίαν* scriptor noster pro dativo participii posuit nominativum." — Quam sententiam impugnans Kruegerus censet, si *δεξάμενοι* cum verbis, quae sunt *ὅτι — ποιήσεσϑε* conjungeretur, fore, ut durities nasceretur; praeterea *ὡς ἂν καταϑῆσϑε* inepte additum esse, quum hic significandum fuisset, quod per *δέξασϑαι* efficeretur, atque legi jubet *καταϑήσεσϑε,* ad *ὡς ἂν* supplens *καταϑεῖσϑε* ex *καταϑήσεσϑαι* (cf. gr. gr. 69. 7. 2); sed cur futurum rejiciendum sit, jam antea vidimus. — Quae omnes difficultates tolluntur, si cum Classenio *καταϑεῖσϑε* conjungendum esse accipimus cum *ἄν*, atque *δεξάμενοι* non pendere ex *γενήσεται,* sed conjungendum esse cum iis, quae sequuntur, ita autem adhibitum esse, ut significet *εἰ δέξαισϑε.* Quominus ita locum intelligamus, non impedit collocatio particulae *ἄν* (quam ad optativum spectantem inter *ὡς — μάλιστα* i. e. quam maxime ponendum non fuisse Kruegerus censet), quum *ὡς* ad vim, quae in verbo *μάλιστα* inest, augendam, additum sit ex regula atque a superlativo disjunctum, ad quam rem illustrandam Classenius plura exempla affert ad h. l. — (cf. II. 27. 1 quem locum Poppo etiam affert; sed quum ibi e Cass. Reg. Bas., aliis codd. *πεμψαντας* pro *πεμψαντες,* quod lege-

batur, receptum sit, locus huc non referendus). — Sed libero modo nominativus participii formulae *ἔδοξεν αὐτοῖς* additus est III. 36. 2 *ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ — ἀποκτεῖναι ἐπικαλοῦντες τὴν ἀπόστασιν*, quasi *ἐβουλεύσατο* s. *ἐβουλεύθησαν* antea positum esset. — VII. 74. 1 *ἔδοξεν αὐτοῖς — περιμεῖναι, ἀναλαβόντες*, quasi *ἔγνωσαν* s. *ἐψηφίσαντο* scriptum esset. — VII. 80. 1 *τῷ Νικίᾳ, καὶ Δημοσθένει ἐδόκει πυρὰ καύσαντες ὡς πλεῖστα ἀπάγειν τὴν στρατιάν*, sed rectius fortasse scribitur accusativus *καύσαντας*, quem plures boni codd. (etiam V) praebent et Kruegerus recepit.

Tum post *ἐφαίνετο* nominativus sequitur: IV. 108. 4 *ἄδεια ἐφαίνετο αὐτοῖς, ἐψευσμένοις μὲν τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως, τὸ δὲ πλέον βουλήσει κρίνοντες ἀσαφεῖ*, ad quae verba Poppo adnotat: nominativus admissus, quia in *αὐτοί*, quod subjectum est participii *κρίνοντες*, nomen *οἱ ἄνθρωποι* certe ex parte inest. — cf. VI. 24. 3 *ἔρως ἐνέπεσε τοῖς πᾶσιν ὁμοίως ἐκπλεῦσαι· τοῖς μὲν γὰρ πρεσβυτέροις —, καὶ εὐέλπιδες ὄντες σωθήσεσθαι*. — Nominativus sequitur, quia scriptor in mente habebat *πλεῖν ἐβούλοντο, ἐπεθύμησαν*. — VII. 42. 2 *τοῖς μὲν Συρακυσίοις κατάπληξις οὐκ ὀλίγη ἐγένετο ὁρῶντες —*, ubi nominativus exstat, quia verba in enuntiati initio posita facile cum structura aliqua nominativum postulante, ut *κατεπλάγησαν*, permutari possunt. — VII. 70. 7 *πολλὴ παρακέλευσις τοῖς κελευσταῖς ἐγίγνετο, τοῖς μὲν Ἀθηναίοις βιάζεσθαι τὸν ἔκπλουν ἐπιβοῶντες* quasi antecederent *πολλὰ παρεκελεύοντο οἱ κελευσταί* — cf. VI. 61. 5 *εἴρητο δὲ προειπεῖν — θεραπεύοντες*. Fortasse Thucydides verbum nominativo accommodatum, ut *εἰρήκεσαν*, praecessisse putavit.

C. Nominativus participii accusativo substitutus esse videtur II. 53. 4 *θεῶν φόβος ἢ ἀνθρώπων νόμος οὐδεὶς ἀπεῖργε, τὸ μὲν κρίνοντες ἐν ὁμοίῳ καὶ σέβειν καὶ μὴ τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδεὶς ἐλπίζων — βίους ἂν τὴν τιμωρίαν ἀντιδοῦναι, πολὺ δὲ μείζω — ἐπικρεμασθῆναι*. Notandum etiam in singulis membris enuntiati secundarii structuram ex regula esse, quum, postquam in primo membro *τὸ μὲν*, in universum dictum, positum est, in secundo verba *τῶν δὲ*

ἁμαρτημάτων praemissa sint, in postremo autem *πάντες ἐλπίζοντες*, significans *ἡγούμενοι* e contrario, quod antecedit, *οὐδεὶς ἐλπίζων* cogitatione supplendum — (III. 59. 3, quem locum Poppo p. 112 commemorat, non *καταστήσαντες*, sed *καταστήσαντας* legendum). — Etiam h. l. afferri potest usus nominativi cum infinitivo pro accusativo, quem invenimus V. 36 *ἡγούμενοι*, ubi scriptor ad magistratum retulit, quod proprie de populo dicendum erat (cf. Poppo p. 115, qui complures locos ejus modi tractat, ut VII. 48. 1, ubi nominativus pluralis *ποιοῦντες*, ad quod e verbo finito *ἐβούλετο* verbum *εἶπε* supplendum, certe ex parte infinitivi subjecto continetur — cf. Krueg. 58. 4. 3 et Thuc. VI. 25 2 et 64. 3).

5. Saepe neutrum participii absolute ponitur, ut pro accusativo absoluto habendum sit; ac quidem ita participiis verborum utebantur, quae ponerentur subjecto singulari non addito atque impersonalem indolem induerent, cujus rei Thucydides exempla non pauca praebet.

A. Ita saepius praesentis participium

a. impersonaliter adhibitum invenitur. Primum *ὑπάρχει*, impersonaliter dictum, in accusativo absoluto positum est, ita ut sit: postestate, occasione data, quum facultas oblata sit, I. 124. 1 *καλῶς ὑπάρχον ὑμῖν πολεμεῖν* et III. 63. 2 *ὑπάρχόν γε ὑμῖν* sc. *μὴ ξυνεπιέναι* — cf. IV. 18. 5 *ἐξόν* quum liceat, quum stet per vos, vobis sit integrum — cf. 65. 3 *ὡς ἐξὸν αὐτοῖς τὰ ἐν Σικελίᾳ καταστρέψασθαι — ἀπωχώρησαν*, quia, quum Siciliam in jus ditionemque Atheniensium redigere per eos stet, exercitum reduxissent.“ — IV. 19. 2 *παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι* quanquam ei integrum erat, ut idem faceret, ita ageret i. e. finem pugnae faceret eo modo, de quo antea sermo erat. — IV. 125. 1 *ἀμφοτέροις δοκοῦν ἀναχωρεῖν* quum utrique optimum videretur se recipere. — V. 103. 2 *οἷς παρὸν σώζεσθαι*, ubi relativum cum participio conjungendum, quum enuntiatum, quod sequitur, non pendeat e relativo. — VI. 82. 3 *οὐδὲν προσῆκον ἐκείνοις ἡμῖν ἐπιτάσσειν*, quum jus potestatemque non habe-

rent nobis aliquid imperandi. — VI. 84. 1 *οὐδὲν προσῆκον*. — Tum VII. 15. 1 *δέον*. — Huc etiam referre possumus III. 40. 4 *ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοντε* (cf. V. 49. 5 *οὐ χρεὼν εἶναι*); sed huc non pertinent verba, quae in sequenti linea sequuntur *οὐ προσῆκον*, ut Boehmius vult, quia cum sequenti *τοῦτο* conjungenda sunt, ita ut respondeant iis, quae exstant in apodosi *παρά τὸ εἰκός*.

b. Praesens passivi legitur II. 73. 3 *ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι*, ubi falsissime dicunt neutrum pro feminino adhibitum esse; neque recte veteres interpretes participium *λεγόμενον* e *νόσος* supplendum referunt (ita ut hic dictum esset, ut Hom. *μ*. 74 *νεφέλη — τὸ μὲν* sc. *νέφος*). Camerarius autem aliique atque eos secutus Kruegerus conferri jubens Herm. ad Vig. 39. (cf. Poppo p. 105) explicant ita, ut absolute usurpatum sit (quum dicatur), ut *εἰρημένον* simileve; sed contra eam explicationem dicendum et sequens *ἐμνημονεύετο*, personaliter dictum, hortari videri, ut etiam *λεγόμενον* personaliter usurpatum accipiamus et, illa interpretatione probata, pronomen *αὐτήν* ad *ἐγκαταλῆψαι* supplendum, quod sine ulla duritie non fieret; quare hanc explicationem quin probem, facere non possum, qua universum subjectum supplendum censemus, verbi causa malum vel casus; vel potius rectius etiam de re in universum cogitamus, id quod Classenius proposuit.

B. Participium aoristi in accusativo absoluto positus in venitur

a. I. 76. 2 *παρατυχόν ἰσχύι τι κτήσασθαι* (cf. Xen. An. V. 9. 20 *τύχον* et Isocr. 3. 47 *τυχον* Arrian. An. I. 10. 6. — V. 60. 2 *παρατυχὸν σφίσι ξυμβαλεῖν*. — Interdum etiam *παρασχόν*, cum adverbio connexum, bono sensu dictum legitur — cf. I. 120. 3 *εὖ δε παρασχόν* (cui respondet 121. 1 *ἐνκαιρῷ*). — V. 14. 2 *καλῶς παρασχόν*. — 63. 1 *παρασχον καλῶς*. — Cum particula negativa conjunctum exstat V. 60. 5 *μὴ ἂν σφίσι ποτὲ καλλιον παρασχόν* (de neg. *μή* apud part. cf. Krueg. gr. 67. 8. 1). —

(cf. IV. 85. 2. ὅτε παρέσχεν, quod schol. explicat: ἔδωκεν ὁ καιρός). — cf. VIII. 79. 1 δόξαν αὐτοῖς ὥστε διαναυμαχεῖν, ubi participium aoristi δόξαν de consilio capto intelligendum, quod peractum in iis, quae sequuntur, narratur VIII. 93. 1 δόξαν αὐτοῖς. — V. 63. 3 εἴτε καὶ διὰ τὸ ἐπιβόημα εἴτε καὶ αὐτῷ ἄλλο τι ἢ κατὰ τὸ αὐτὸ δόξαν, ubi variatio structurae notanda, quum causa, quae primum per substantivum pendens e praepositione διά indicatur, tum per participium expressa sit — Similiter accusativum absolutum adhibitum invenies III. 53. 2 τεκμαιρόμενοι προκατηγορίας τε ἡμῶν οὐ προγεγενημένης (sequitur parenthesis) τό τε ἐπερώτημα βραχὺ ὄν, ubi accusativus absolutus genitivo absoluto respondet; sed illa structura e negligentia quadam orta esse videtur scriptoris, qui putans λογιζόμενοι vel σκοποῦντες vel aliud participium ejus sensus antecessisse accusativum posuit (cf. Poppo p. 129).

b. Passivum aoristi exstat IV. 125. 1 κυρωθὲν οὐδὲν, ubi subjectum, in neutro positum, additum est — cf. III. 96. 1 χρησθὲν αὐτῷ τοῦτο παθεῖν.

C. Participium perfecti

a. activi ita usurpatum nonnisi inveni IV. 133. 1 βουλόμενοι μὲν καὶ ἀεί, παρεστηκὸς δὲ ῥᾷον (ἐξεγένετο αὐτοῖς, schol.).

b. Saepius autem perfectum passivi ita adhibitum apud Thucydidem legitur — cf. I. 125. 1 δεδογμένον δὲ αὐτοῖς εὐθὺς ἀδύνατα ἦν ἐπιχειρεῖν, ubi perfectum δεδογμένον de consilio inito usurpatur, quod utrum perfectum sit necne in iis, quae sequuntur, non narratur, ita ut de nexu causali membrorum nullo modo sermo esse possit. — Participium perfecti εἰρημένον fere semper de pactione inter plures populos facta dictum est — cf. I. 140. 2 εἰρημένον δίκας τῶν διαφόρων ἀλλήλοις διδόναι καὶ δέχεσθαι. — V. 30. 1 εἰρημένον κύριον εἶναι — 39. 3 εἰρημένον ἄνευ ἀλλήλων μήτε σπένδεσθαι μήτε πολεμεῖν. — VII. 18. 2 εἰρημένον ἐν ταῖς πρότερον ξυνθήκαις ὅπλα μὴ ἐπιφέρειν (cf. I. 35. 2 εἴρηται et 40 εἰ εἴρηται ἐν ταῖς σπονδαῖς). — Notionem

jubendi adeptum est VII. 77. 6 καὶ ἀπαντᾶν εἰρημένον καὶ σιτία ἄλλα κομίζειν (cf. Plat. legg. 902 d., qui ita προστεταγμένον usurpat) — cf. V. 26. 2 γεγραμμένον ἐν ταῖς σπονδαῖς διὰ τῆς ἑαυτῶν ἑκάστους μὴ ἐᾶν πολέμους διιέναι — cf. VII. 25. 9 ὡς — διαπεπολεμησόμενον.

6. Eodem modo etiam neutra adjectivorum cum participiis conjuncta absolute usurpantur.

Ita I. 3. 2 ἄδηλον ὂν ὁπότε etc. — VIII. 69. 2 ἄδηλον ὂν ὁπόσα — ξυρράξουσι (pro qua dictione fere eadem significatione adhibitum est ἀσαφῶς IV. 20. 2 πολεμοῦνται ἀσαφῶς ὁποτέρων ἀρξάντων, incertum utris auctoribus et similiter 125. 1 ὅπερ φιλεῖ μεγάλα στρατόπεδα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι) — cf. IV. 17. 2 ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν — μὴ πολλοῖς χρῆσθαι — VII. 44. 4 ἀδύνατον ὂν — σημῆναι. — Participium futuri legitur VII. 5. 4 ὡς — οὐκ ἂν — ἐκτὸν ἐσόμενον.

Neque praetermittam Thucydidem nonnullis locis structuram, qua in priori membro usus est, non continuantem, sed postea ad aliam transeuntem accusativum posuisse, pro quo alium casum ex structura initio inita adhibitam esse exspectes, de quibus locis accuratius exposuit Poppo p. 127 sqq., incipiens ab iis locis tractandis, quibus infinitivo, ubi genitivus vel dativus praecedit, accusativus participii adjungitur.

(De I. 140. 1, quem locum hic tractat, jam diximus. — I. 62. 3, quem locum huc refert ἦν ἡ γνώμη τοῦ Ἀρίστεως τὸ στρατόπεδον κτλ. dativus ἔχοντι pro accusativo, quem Poppo scribit, praeferendus, quum Cass., Aug., alii codd. eum exhibeant, qui positus est, quasi τῷ Ἀριστεῖ antecederet. Mirus quidem est transitus in dativum, sed excusari potest, quum dictio ἦν ἡ γνώμη respondeat verbo ἔδοξεν, quod plerumque adhibetur, atque etiam satis defenditur propter usum dativi, quem poni constat ad exprimendam rem, quae antecedentibus accuratius definiendis inserviat (cf. Class. ad h. l., qui exempla hujus usus e Hom. et Eur. sumpta affert).

Tum Poppo commemorat VIII. 8. 2, ubi, postquam

dativus pendens e verbo ἔδοξε praecessit, accusativus participii adjungitur, cui loco hos addo: I. 53. 1 ἔδοξεν αὐτοῖς ἄνδρας ἐς κελήτιον ἐσβιβάσαντας προσπέμψαι — 72. 1 ἔδοξεν αὐτοῖς παριτητέα εἶναι ἀπολογησομένους (quum dativus participii positus sit I. 36. 2 ἔδοξεν αὐτοῖς ἐλθοῦσιν ὡς τοὺς Ἀθηναίους ξυμμάχους γενέσθαι, quia participium dativum pronominis statim sequitur). — II. 7. 2 τοῖς τἀκείνων ἑλομένοις νῆες ἐπιτάχθησαν ποιεῖσθαι; postea autem in accusativum participii transitus fit, qui ad dativum praecedentem respicit, τά τ' ἄλλα ἡσυχάζοντας καὶ Ἀθηναίους δεχομένους.

Deinde Poppo transiens ad illos locos tractandos, quibus accusativum participii pro genitivo absoluto vel dativo dictum putant inter alios locos commemorat V. 7. 2 οὐ βουλόμενος αὐτοὺς διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους βαρύνεσθαι ἀναβαλὼν ἦγε, quibus verbis mire constructis schol. ita succurrere studuit, ut enallagen καθημένους pro καθημένων statuat, quo fore, ut structura jam nunc insolens etiam audacior fieret Poppo recte judicat; sed etiam Poppo rectam explicationem invenisse non videtur accipiens participium pro infinitivo positum esse per copulationem duarum loquendi rationum, dicens scriptorem formulas dicendi ἐν τῷ αὐτῷ καθημένους et διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ καθῆσθαι confudisse; sed talem confusionem e consuetudine scriptorum graecorum vel etiam Thucydidis esse audacius dictum esse videtur, quum illa structura contra usum linguae peccare videatur, qua de re merito aliquis dubitaverit, num ea explicatio recte sese habeat; contra recte hunc locum explicatum esse censeo a Kruegero, qui explicat verba διὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ arcte inter se conjungenda esse eodem modo, quo verba, quae leguntur I. 2. 5 ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον, ut sit „ob commemorationem uno eodemque loco,“ participium autem ita accipiendum esse, ut significet „quum nihil plane agerent“ (qua significatione etiam IV. 124. 4 positum invenitur).

Etiam alii loci „quos Poppo cum verbis modo tractatis confert, illam copulationem duorum loquendi modorum Thucydidi vindicare studens aliter accipiendi sunt.

Ita verba IV. 63. 1 διὰ τὸ ἀτέκμαρτον δέος καὶ διὰ το ἤδη φοβεροὺς παρόντας Ἀθηναίους facillime sanantur, si Reiskii conjecturam, scribentis τοὺς ἤδη pro τὸ ἤδη pro recta habemus. — Tum non video, cur VIII. 105 lectionem codicum διὰ τὸ κρατήσαντες — διώκοντες (quam Poppo ita explicat, ut διὰ τὸ κρατήσαντες pro κρατήσαντες simpliciter, vel pro διὰ τὸ κρατῆσαι positum sit) non rejiciamus, quum ab usu graeco prorsus recedat; accedit, quod propter antecedens κρατήσαντες infinitivus διώκειν in διώκοντες facile mutari potuit, praesertim quum διώκειν in codd. sub illo κρατησαντες exstitisse verisimile sit. — Dubium autem esse non potest, quin VI. 84. 1 διὰ τὸ — ἀντέχειν conjungenda sint, ita ut sensus exsistat: „quia vos, quum debiles non sitis, resistitis Syracusanis". Etiam falso cepit I. 2. 5, quem locum huc refert, participium οὖσαν ita positum credens, ut pendeat ex praepositione ἐκ τοῦ; nam hic Krueg., Class., Boehm. haud dubie recte ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον arcte conjungunt, ut ἐπὶ πλεῖστον ex ἐκ τοῦ pendeat, quod fieri potuit, quum ἐπὶ πλεῖστον prorsus adverbii indolem adeptum sit, cujus rei Classenius exempla affert. — Respondet igitur illi dictioni, quod sequitur (οἱ αὐτοὶ) ἀεί. — Per se ipsum intelligitur participium αὖσαν cum substantivo Ἀττικήν conjungendum — (VI. 1 διείργεται τὸ μὴ ἤπειρον οὖσα, quod alibi semper per infinitivum efferri Poppo annotat, nunc ipse infinitivum praefert). Accusativum participii pro genitivo absoluto positum schol. interpretatur I. 124. 1 οὐκέτι ἐνδέχεται περιμένοντας τοὺς μὲν ἤδη βλάπτεσθαι, τοὺς δὲ — τὸ αὐτὸ πάσχειν, dicens περιμένοντας pro περιμενόντων ἡμῶν positum esse; sed locum censeo aliam explicationem non pati nisi hanc, ex qua scriptor primum participio περιμένοντας, cui subjectum ἡμᾶς subesse statuendum, addere voluisse ἐᾶν vel περιορᾶν, tum negligens initio institutam structuram ita orationem mutasse existimandus est, ut pro proprie addendo infinitivo περιορᾶν statim poneret infinitivos, alterum alteri adjungens, qui ex regula ex illo supplendo infinitivo pendere debebant, nunc autem illo infinitivo omisso e verbo finito ἐν-

δέχεται pendere videntur (VI. 15 (cf. Poppo p. 130) cum cod. H. scribi διαθέντι necesse videtur, ita ut dativus pendeat e participio ἀχθεσθέντες, qua lectione accepta verba e more graecorum dicta sunt). — Denique praetermittere non debemus verba, quae leguntur in foedere icto inter Argivos et Lacedaemonios V. 79. 1 Καττάδε ἔδοξε τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀργείοις σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν εἶμεν πεντήκοντα ἔτη, ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δικὰς διδόντας κατὰ πάτρια. — Participium ostendit scriptorem hujus foederis eam structuram vel locutionem, qua periodum ingrediebatur, oblitum esse et alium ei in mentem venisse, quae accusativum postularet (Haack).

---

7. Tum accusativus absolutus usurpatus est addito subjecto conjunctus cum particula, quae est ὡς i. e. quasi, ad exprimendum judicium subjectivum, quod dicitur, judicium, quod in opinione alicujus positum est, ita ut sensum ejus dictionis reddentes supplere debeamus participium „opinans, putans,“ simileve.

Ita continetur verbis, quae leguntur I. 134. 4 ὡς ἄγος αὐτοῖς ὂν τὸ πεπραγμένον dei judicium — cf. IV. 5. 1 ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο ὡς οὐχ ὑπομενοῦντας σφᾶς, ubi neque schol. recte judicat scribens ἐνήλλακται ἀντὶ τοῦ οὐχ ὑπομενούντων neque Poppo recte accusativum ὑπομένοντας supplens αὐτούς refert ad verba ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐποιοῦντο (cf. Poppo p. 128 et 129). cf. IV. 24. 3 ἔρως ἐνέπεσε — τοῖς πρεσβυτέροις ὡς ἢ καταστρεψαμένους — ἢ οὐδὲν ἂν σφαλεῖσαν μεγάλην δύναμιν — VII. 31. 4 πέμπειν ἐκέλευσαν αὐτοῖς ναῦς, ὡς οὐχ ἱκανὰς οὔσας — τὰς ἑαυτῶν — VIII. 66. 5 ἀλλήλοις ὑπόπτως προσῄεσαν, ὡς μετέχοντά τινα τῶν γιγνομένων — (Aliter sese habent verba, quae leguntur VI. 40. 1, ubi Poppo (p. 129) scripsit: τῶν τοιῶνδε ἀγγελιῶν ὡς προαισθανομένους καὶ μὴ τρέψοντας addens „sc. ἡμᾶς, quod ne in hac structura omissum mireris, vide Xen. Cyr. I. 4. 21; nam recte pro illa lectione Krueg. et Boehm. in textum receperunt ὡς πρὸς αἰσθανομένους, quod optime scriptor

ponere potuit, quum verbis *τῶν ἀγγελιῶν ἀπαλλάγητε* ad sensum continentur *μὴ ἀπαγγείλητε* vel *μὴ λέξητε*."

8. Denique commemorare debemus etiam apud Thucydidem, rarissime quidem, locos inveniri, quibus genitivi participiorum usurpati sunt, conjuncti cum neutris pronominum.

cf. I. 74. 1 *τοιούτου ξυμβάντος τούτου*, ubi *τοιούτου* praedicatum est ad *τούτου*. — II. 91. 4 *γενομένου τούτου ἀπροσδοκήτου τε καὶ παρά λόγον* (ubi notanda variatio dictionum praedicative adjunctarum). — V. 37. 2 *τούτου προχωρήσαντος*.

De genitivo absoluto.

9. Genitivus absolutus, qui dicitur, usurpatur, si in enuntiato secundario nomen aut pronomen inest, quod in enuntiato primario non invenitur. Quum igitur ab illo nomine aut pronomine, ad quod participium respicit, actio, quae participio continetur, oriatur, pro participii subjecto haberi potest. Poni autem illud subjectum in genitivo eique participium et ipsum in genitivo addi constat; quam constructionem ita relaxare debemus, ut ex ea enuntiatum, quod e conjunctione pendeat, formemus, in quo subjectum in genitivo apud Graecos positum in nominativo ponitur. — Quanquam igitur genitivus absolutus in universum ablativo absoluto Latinorum respondet, tamen aliquid interest inter ablativum absol. et genitivum absol. Ita, quum Latini dicere possint: te puero, e graeco usu participium verbi *εἶναι* omittere non debemus (de cujus regulae exceptionibus exponere postea occasio dabitur). — Deinde quum Graeci duo activi participia habeant, quae usurpare possunt ad actionem prius factam significandam, participiis passivi in genitivis absolutis minus egent quam Latini in ablativis absolutis cf. *ὁ Κῦρος, τὸν Κροῖσον νικήσας,*

κατεστρέψατο τοὺς Λύδους, quod vertendum „Cyrus Croeso victo Lydos sibi subjecit (Alia discrimina postea attingam).

Quum illa structura a Thucydide permultis locis adhibita sit, multos ex eorum copia afferre opus non erit.— Verbi causa cf. I. 3. *Δυνατωτέρας γενομένης τῆς Ἑλλάδος καὶ τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον ποιομένης* etc. cf. I. 16. *Ἴωσι προχωρησάντων ἐπὶ μέγα τῶν πραγμάτων* etc.— 87. 6 *ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει καὶ δεκάτῳ τῶν τριακοντουτίδων σπονδῶν προκεχωρηκυιῶν*. — Interdum, si plura subjecta adsunt, participium ad genus et numerum nonnisi adjungitur ei, quod majoris momenti est. — cf. III. 72. 2 *ἐλθούσης τριήρους Κορινθίας καὶ Λακεδαιμονίων* (cf. 69. 1) *ἐπιτίθενται τῷ δήμῳ καὶ μαχόμενοι ἐνίκησαν*. —

Addiderim Thucydidem nonnullis locis genitivum absolutum adhibuisse, ubi aliam dicendi rationem, veluti enuntiatum relativum, usurpatam esse exspectaveris.

Ita I. 89. 2 *Σεστὸν ἐπολιόρκουν Μήδων ἐχόντων* 74. 2 *ἐστράτευσαν ἐς Βυζάντιον Μήδων ἐχόντων* 98. 1. *Ἠίονα Μήδων ἐχοντων πολιορκίᾳ εἷλον*. — 103. 3. *Ναύπακτον* — *ἣν ἔτυχον ᾑρηκότες Λοκρῶν ἐχόντων* — cf. etiam V. 4. 1 *Φαίαξ Ἀθηναίων πεμπόντων* — *ἐξέπλευσεν*. — 39. 1 *Μηκυβέρναν Ὀλύνθιοι Ἀθηναίων φρουρούντων ἐπιδραμόντες εἷλον*. — VII. 2. 2 *λέγων ὅτι νῆες ἄλλαι προσπλεύουσι καὶ Γύλιππος Λακεδαιμονίων ἀποστειλάντων ἄρχων*. — Neque omiserim nonnullos genitivos nominum aliis verbis liberiore modo additos esse, ita ut ad vim genitivi absoluti accedant. Ita III. 30. 2 *ἀνδρῶν νεωστὶ πόλιν ἐχόντων πολὺ τὸ ἀφύλακτον* apud viros, qui nuper urbem expugnaverunt, imprudentiam securitatemque magnam inveniemus. Similiter semel verbum *πυνθάνειν* verba sequuntur, quae fere genitivi absoluti vim adepti sunt IV. 6 *ὡν ἐπύθοντο τῆς Πύλου κατειλημμένης* (cf. Krueger gr. gr. 47. 10. 13).

Quam autem arcte genitivus absolutus cum enuntiato primario cohaereat, ita ut interpunctione disjungi non debeat, ii loci ostendunt, quibus nomen primarii enuntiati in medio genitivo absoluto positum est, ut III. 90. 4 *ἐπελ-*

θόντων οἱ Μεσσήνιοι τῶν τε Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων προσεχώρησαν.

A. Si ut genitivus simplex ad tempus relatus spatium quoddam temporis indicat, quo actio accidit, etiam genitivus absolutus ad tempus quoddam significandum adhibetur, saepe ita congruit cum illo, ut genitivus participii modo addatur modo omittatur, in qua re etiam Thucydides sibi non constat. Plerumque adverbiis temporalibus additis participium omisit.
cf. I. 30. 4 *χειμῶνος ἤδη*, quae verba aperte arcto quodam nexu comprehenduntur (cf. Schoem. ad Plut. Cleom. C. 20). — III. 106 *νυκτὸς ἤδη.* — V. 59. 1 *ἡμέρας ἤδη* (cf. V. 17. 2 *πρὸς τὸ ἔαρ ἤδη.* — V. 56. 5 *πρὸς ἔαρ ἤδη.* — VIII. 108. 2 *πρὸς τὸ μετόπωρον ἤδη*, qua dicendi ratione magis etiam mire Xen. Cyr. 7. 1. 15 dicitur *ἤδη σκοταῖος ἀναγαγών*, quam dictionem ortam esse e dicendi ratione *ἤδη σκότου ὄντος* Boehm annotat ad I. 30. 4). — IV. 26. 6 *ἔτι νυκτός* — 110. 1 *νυκτὸς ἔτι καὶ περὶ ὄρθρον.* — VIII. 101. 3 *ἔτι πολλῆς νυκτός* (cf. II. 3. 4 *φυλάξαντας ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον*). — III. 81. 1 *τῆς νυκτὸς εὐθύς* — (cf. III. 112. 2 *ἀπὸ ἑσπέρας εὐθύς.* — VIII. 27. 6 *ἀφ' ἑσπέρας εὐθύς*) — cf. III. 72. 2 *ἀ φ ι κ ο μ έ ν η ς δὲ νυκτός.*

Ut igitur Thucydides ad tempus quoddam definiendum genitivo accuratiores definitiones addere solet, idem facit, si in temporibus anni indicandis genitivo absoluto utitur — cf. V. 56. 5 *τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος πρὸς ἔαρ ἤδη.* — V. 81. 2 *πρὸς ἔαρ ἤδη ταῦτα ἦν τοῦ χειμῶνος λήγοντος.* —

B. Genitivus absolutus etiam saepius admittitur, ubi participium singulare subjectum non habens subjecto enuntiati primarii aut re vera posito aut cogitatione supplendo subjungi poterat, ita ut usurpatus videatur pro eo casu, quem sequens verbum postulat, atque hoc sensu tam pro nominativo, quam pro dativo (id quod apud Thucydidem rarius fit) et accusativo, quae structura (apud Thucydidem admodum variata) adhiberi solet, si scriptor sententiam, quae genitivo absoluto continetur, quia maximi momenti est, non solum tanquam praedicatum alicujus notionis ex-

primi, sed ipsam per se cogitatione comprehendi vult. (id, quod in ablativo absol. fieri non potest).

a. Primum igitur participium in genitivo absoluto positum, quamquam idem subjectum, ad quod participium genitivi absoluti respicit, in enuntiato primario inest. Huc refero I. 10. 2 *οὔτε ξυνοικισθείσης πόλεως οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένης, κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθείσης, φαίνοιτ' ἂν ὑποδεεστέρα,* ubi ob magnam vim, quae inest in participiis, quibus continetur causa, cur foret, ut Lacedaemoniorum urbs, si eversa esset, ut tenuis ignobilisque appareret, participia illa in genitivis absolutis posita sunt, quanquam enuntiatum primarium idem subjectum habet, quod genitivus absolutus; nam dubitari non potest, quin verbum *πόλις* supplendum, quod intelligendum, si *ὑποδεεστέρα* scriberetur, Kruegerus concedit neque vero de verbo *δύναμις* cogitandum (quod suppleri vult L. Herbst Philol. XVI. 306). — Quum enim connexus sententiarum lectorem statim adducat, ut *πόλις* suppleat, de supplendo verbo *δύναμις* non facile cogitabit in legendis illis verbis. — Etiam verbum *φαίνεσθαι* cum adjectivo conjunctum quadrat melius ad urbem quam ad opes Lacedaemoniorum, quare Kruegeri sententiam probandam esse non censeo, qui scribens *ὑποδεέστερα* significari dicit *δύναμιν Λακεδαιμονίων* ad sententiam suam locos afferens, quibus etiam ut hoc loco sua sententia subjectum indefinitum supplendum; qui tamen aliquanto aliter comparati sunt quam noster, quum ibi verbum *φαίνεσθαι* non inveniatur. — Eo autem facilius genitivus absolutus poni potuit, quum participia antecedant, subjecto enuntiati primarii nondum commemorato. — Sed facere non possum, quin in eo offendam, quod articulns vacat ante nomen *πόλεως*, quum de certa urbe hic sermo sit; iis autem locis, quibus omissum ante substantivum certam rem non esse intelligendam constat (aliter res sese habet II. 72. 3, ubi *πόλιν καὶ οἰκίας* formulae instar dictum esse apertet), qua re non dubito, quin accipere debeamus, eum a librario omissum esse, quod facile fieri

potuit ob similitudinem et soni et figurae literarum, quae antecedunt: *ξυνοικισθείσης (της)*. Similiter III. 13. 7 *βοηθησάντων δὲ ὑμῶν πόλιν προσλήψεσθε*, ubi hanc alteram conditionem, quae a Mytilenaeis Lacedaemoniis proponitur, in genitivo absoluto positam esse facile excusari et explicari potest, quanquam enuntiato primario, quo consequentiae, quae ex ea derivantur, continentur, idem subjectum subest, quum in ea maxima vis insit atque ad id, quod ea continetur, tota oratio spectet (cf. Poppo p. 119). — cf. III. 45. 3 *εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς* (sc. *ζημίας*) *παραβαινομένων δὲ* (sc. *ζημιῶν*) *τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι.* — Etiam apertet, quomodo III. 55. 1 *πρὸς Ἀθηναίους ἐκελεύετε τραπέσθαι ὡς ἐγγὺς ὄντας ὑμῶν δὲ μακρὰν ἐποικούντων* fieri posset, ut genitivus absolutus usurparetur, quum verba *ὑμῶν* etc. etiam pendeant ex *ὡς*, quod duas causas complectitur, cur Lacedaemonii Plataeensibus suaderent, ut cum Atheniensibus foedus inirent. V. 31. 2 *πολέμου γενομένου ποτὲ πρὸς Ἀρκάδων τινὰς Λεπρεάταις καὶ Ἠλείων παρακληθέντων ὑπὸ Λεπρεατῶν καὶ λυσάντων τὸν πόλεμον, Ἠλεῖοι τὴν γῆν νεμομένοις αὐτοῖς τάλαντον ἔταξαν τῷ Διῒ τῷ Ὀλυμπίῳ ἀποφέρειν.* Genitivus absolutus pro nominativo participii facile oriri potuit, quia aeque atque genitivus absolutus, qui antecedit, narrat, quomodo factum sit, ut Elei Lypreatis imperarent, ut Jovi vectigal quoddam penderent atque Elei antea nondum commemorati erant. — Ita etiam III. 112. 6 *ἅμα τῶν μὲν Ἀμφιλόχων ἐμπείρων ὄντων τῆς ἑαυτῶν γῆς, τῶν δὲ ἀπείρων καὶ ἀνεπιστημόνων ὅπῃ τράπωνται, ἐσπίπτοντες ἔς τε χαράδρας καὶ τὰς προλελοχισμένας ἐνέδρας διεφθείροντο* genitivus absol. non solum excusari potest ea de causa, quod in initio enuntiati positus est, sed etiam usurparetur necesse erat, ut membra, quae alterum alteri opposita essent, cum magna vi proferrentur. — Majore etiam jure Thucydides genitivum absol. adhibuit. II. 83. 3 *ἀντιπαραπλέοντας ἑώρων αὐτούς, παρὰ γῆν σφῶν κομιζομένων καὶ ἐκ Πατρῶν πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον διαβαλλόντων ἐπὶ Ἀκαρνανίας κατεῖδον τοὺς Ἀθη-*

ναίους ἀπὸ τῆς Χαλκίδος προσπλέοντας σφίσι, quum, quae in participiis *ἀντιπαραπλέοντας, προσπλέοντας* narrantur, faciant momentum atque illis, quae genitivis absol. continentur, opponantur. — Praeterea notandum genitivos absolutos per *χιασμόν* quem grammatici appellant, per commutationem collocatos esse, qua collocatione depingitur, quomodo res, quae in priore membro narratur, celerrime interrumpatur per id, quod alterum membrum indicat.

In structura nominativi cum infinitivo genitivum absolutum positum invenies VIII. 76. 4 *ἐχόντων γὰρ σφῶν τὸ πᾶν ναυτικὸν, τὰς ἄλλας πόλεις ἀναγκάσειν τὰ χρήματα διδόναι* — cf. VII. 48. 2 *χρημάτων γὰρ ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν* (sc. *σφᾶς*), *ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἤδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατούντων* (cf. III. 13. 7). — (VI. 7. 2, quem locum Poppo scribens *Ἐλθόντων δὲ Ἀθηναίων* —, *οἱ Ἀργεῖοι μετὰ τῶν Ἀθηναίων πανστρατιᾷ ἐξελθόντων τοὺς ἐν Ὀρνεαῖς ἐπολιόρκουν* hunc spectare censet (p. 120), Aem. Portus *ἐξελθόντων*, quod propter antecedens *ἐλθόντων* vel *τῶν Ἀθηναίων* facile oviri poterat, recte mutavit in *ἐξελθόντες*. — Pariter res sese habet VII. 57. 11, ubi vulgata *Ἰταλιωτῶν δὲ Θούριοι καὶ Μεταπόντιοι ἐν τοιαύταις ἀνάγκαις τότε στασιωτικῶν καιρῶν κατειλημμένων ξυνεστράτευον* multum offensionis habet, quum quisque primo aspectu genitivum participii facile ad antecedens *Ἰταλιωτῶν* referet, quod falsissimum esse apertet, quoniam de omnibus Italiotis hoc dici nequit; itaque quin conjecturam Reiskii scribi volentis *κατειλημμένοι*, quod etiam unus codex praebet, pro recta habendam esse censeam, facere non possum. — VIII. 76. 5 Poppo scribit *Δι' ἑαυτοὺς ἐν τῇ Σάμῳ πρυκαθημένους καὶ πρότερον αὐτοὺς* (*τοὺς ἐν πόλει*) *κρατεῖν τοῦ ἐς τὸν Πειραιᾶ ἔσπλου καὶ νῦν ἐς τοιοῦτον καταστήσοντα μὴ βουλόμενοι σφίσι* (*τοῖς ἐν τῇ Σάμῳ*) *πάλιν τὴν πολιτείαν ἀποδοῦναι ὥστε κτλ.* addens: „Ita vulgo; sed codices *βουλομένων*, dure quidem, sed ita ut praecedentibus locis confirmatur“ (quod fieri nequit, quum illi loci aliter accipiendi sint). Concedere igitur debemus, lectionem *βουλομένων* a codd. traditam retinendam esse; sed ut il-

lam significationem futuri, quam Kruegerus accipiendam esse dicit, ut sit: „fore, ut illos in talem statum, talem conditionem adducerent“ recte sese habere credam, mihi persuadere non possum, quum inter infinitivos in oratione obliqua indicativum verbi finiti positum esse prorsus verisimile non sit; quare Boehmius conjicit scribendum esse: *καταστήσειν* eodem sensu intelligendum, quo Kruegerus verbum usurpatum esse explicat, et Dobr. *καταστήσεσθαι.* Sed ad sensum videtur necesse esse infinitivum aoristi *καταστῆναι* positum intransitivo sensu pariter atque IV. 108 *ἐς μέγα δέος κατέστησαν* (cf. VII. 75. 3 *ἐς λύπην καθίστατο*) scribendum esse accipiamus, ut sit: „nunc se ad eum statum pervenisse, tales opes nactos esse, ut etc.,“ quod inprimis quadrat ad verba *καὶ νῦν*, qua lectione probata etiam genitivus absolutus offensionis nihil habet.

b. Deinde genitivus absolutus pro dativo participii adhibetur, plerumque repetito subjecto (cf. Poppo p. 120). cf. I. 114. 2 *διαβεβηκότος ἤδη Περικλέους στρατιᾷ Ἀθηναίων, ἠγγέλθη αὐτῷ*, ubi facile fieri potuit, ut scriptor incideret in genitivum absolutum adhibendum, quum participium antecedat in eoque Pericles primum commemoretur; praeterea enuntiatum secundarium arcte non cohaeret cum enuntiato primario, quum causa ejus rei, quae in hoc narratur, illo non continetur, sed tantum ad tempus spectans indicat aliquid ei rei, quae in enuntiato primario nobiscum communicatur, antecessisse; quare etiam perfecti participium, non aoristi positum est. — VI. 10. 2 *αἳ ἡσυχαζόντων μὲν ὑμῶν ὀνόματι σπονδαὶ ἔσονται, σφαλέντων δέ που ἀξιόχρεῳ δυνάμει ταχεῖαν τὴν ἐπιχείρησιν ἡμῖν οἱ ἐχθροὶ ποιήσονται.* —

Structura genitivi et dativi ita juncta, ut alteri enuntiato primario genitivus absolutus antecedat, ubi proprie dativum ponendum fuisse putes, alteri dativus participii invenitur IV. 10. 3 *τοῦ χωρίου τὸ δυσέμβατον ἡμέτερον νομίζω, ὃ* (quod in plurimis codd. vacat) *μενόντων ἡμῶν ξύμμαχον γίγνεται, ὑποχωρήσασι δὲ καίπερ χαλεπὸν ὂν εὔπορον ἔσται μηδενὸς κωλύοντος.* — Dativus num h. l. ita intelligi

possit, ut Kruegerus vult: „si nos respicimus, quod attinet ad nos," dubium mihi est, quum ad sensum quadrare mihi non videatur; sed locum sanatum et bonum sensum restitutum esse censeo, si cum Poppo dativum (quem Dionysius jam legit, ita ut vetustum vitium in eo residere credendum), mutamus in genitivum absolutum, ita ut duo genitivi absoluti *μενόντων ἡμῶν*, *ὑποχωρησάντων* et sibi respondeant et sibi oppositi sint; cur Boehmius majus etiam mendum in *ὑποχωρησάντων* inesse atque mutationem in genitivum absol. ad sensum non satisfacere censeat, non intelligo. Quod autem Kruegerus annotat, fieri posse, ut Thucydides nonnisi scripsisse: *ἡμέτερον νομίζω μενόντων*, verba autem *ἡμῶν ξυμμάχων γίγνεται* in textum irrepsisse, recte eum judicasse non credo, quum *ξύμμαχον γίγνεται* et *εὔπορον ἔσται* optime inter se respondeant; ceterum quin relativum *ὅ*, quanquam explicari potest ex analogia verborum, quae exstant VI. 10. 2, omittendum, quum in optimis codd. non legatur, non dubito; atque optimus sensus exsistit, si Poppo sequentes verba *μενόντων* — *ἴσου ἤδη* in parenthesin redigimus, ut *τοῦτε γὰρ χωρίου* et *τότε πλῆθος* sibi respondeant, cui propositioni Haack. et Boehmius obsequuntur. — (Verba, quae VI. 82. 2 leguntur a Poppo laudata *Ἡμεῖς γὰρ, Ἴωνες ὄντες, Πελοποννησίοις Δωριεῦσι καὶ πλείοσιν οὖσι ἐσκεψάμεθα, ὅτῳ τρόπῳ ἥκιστ' ἂν αὐτῶν ὑπακουσόμεθα*, ubi inversa ratione dativus antecedit et genitivus sequitur, quam varietatem casuum explicandam e duplici structura verbi *ὑπακούειν* Poppo annotat, huc non respiciunt, quum genitivus absolutus in iis non exstet). —

c. Saepissume Thucydides genitivum absolutum pro accusativo posuit ac primum *α*) ita, ut nullus omnino accusativus adsit (cf. Poppo p. 120 et 121).

cf. V. 3. 1. *Πασιτελίδας καὶ ἡ παροῦσα φυλακὴ προσβαλούντων Ἀθηναίων ἠμύναντο.* — Addo locum, quem etiam Poppo commemoravit VI. 52. 1 *λέγοντες σφίσι τὰ ὅρκια εἶναι μιᾷ νηΐ καταπλεόντων Ἀθηναίων δέχεσθαι*, ubi genitivus positus est pro accusativo pendente ex infinitivo *δέχεσθαι.* — Utro-

que autem loco genitivi absoluti excusari possunt, quia verbis, e quibus proprie ponendi accusativi pendent, antecedunt. — Minus excusationis haberet genitivus absolutus, qui exstat V. 18. 5 *ὅπλα δὲ μὴ ἔξεστιν ἐπιφέρειν Ἀθηναίους μηδὲ τοὺς ξυμμάχους ἐπὶ κακῷ* (sc. *ἐπὶ τὰς πόλεις*, veluti §. 4 dicitur *ἐπὶ Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμάχους*) *ἀποδιδόντων τὸν φόρον*, quum infinitivus verbi, e quo accusativus supplendus pendet, antecedat, nisi illa verba in foederis formula legerentur, in qua elegentiam non respici constat. — (Verba a Poppo allata, quae leguntur IV. 20. 4 *ἡμῶν γὰρ καὶ ὑμῶν ταῦτα λεγόντων τό γε ἄλλο Ἑλληνικὸν ἴστε ὅτι ὑποδεέστερον ὂν τὰ μέγιστα τιμήσει*, quo loco quin supplendum *ταῦτα* i. e. ea, quae non decrevimus (sc. ceteri Graeci laudabunt) (cf. Krueg. ad h. l.) dubium esse non videtur, quod attinet ad sensum, huc non respiciunt). — Neque metuens, ne ingratus sonus oriatur, Thucydides hanc structuram adhibet, si plures genitivi concurrunt. — cf. IV. 130. 5 *καὶ προσπεσόντες τρέπουσιν ἅμα μὲν μάχῃ αἰφνιδίῳ ἅμα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῶν πολλῶν ἀνοιγομένων φοβηθέντων* (sc. *τῶν Λακεδαιμονίων* — schol. *ἀντὶ τοῦ φοβηθέντας*). — Etiam locum accusativi subjecti genitivus obtinet in structura accusativi cum infinitivo. cf. IV. 73. 3 *σαφῶς ἂν ὥσπερ ἡσσηθέντων στερηθῆναι εὐθὺς τῆς πόλεως*. — IV. 108. 1 *τῆς δὲ γεφύρας μὴ κρατούντων* (sc. *τῶν Λακεδαιμονίων*) *ἄνωθεν μὲν μεγάλης οὔσης ἐπὶ πολὺ λίμνης τοῦ ποταμοῦ τὰ δὲ πρὸς Ἠίονα τριήρεσι τηρουμένων, οὐκ ἂν δύνασθαι προελθεῖν* (sc. *αὐτοὺς* i. e. *τοὺς Λακεδαιμονίους*). — VIII. 90. 4 *ἐπιτειχίζετο οὖν οὕτω ξὺν τῷ πρότερον πρὸς ἤπειρον ὑπάρχοντι τείχει, ὥστε καθεζομένων — ἀνθρώπων ὀλίγων, ἄρχειν τοῦ ἔσπλου*.

β. Tum ita genitivus absolutus pro accusativo participii positus est, ut accusativus additus sit. cf. II. 8. 4 *ἡ δὲ εὔνοια ἐποίει μᾶλλον ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἄλλως τε καὶ προειπόντων* (sc. *αὐτῶν*) *ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν*. — III. 72. 1 *ἐλθόντων δὲ* (sc. *τῶν πρέσβεων*) *οἱ Ἀθηναῖοι τούς τε πρέσβεις ὡς νεωτερίζοντας ξυλλαβόντες καὶ ὅσους ἔπεισαν κατέθεντο ἐς Αἴγιναν*. — IV. 41. 4 *πολ-*

λάκις φοιτώντων (sc. αὐτῶν) αὐτοὺς ἀπράκτους ἀπέπεμπον. — V. 33. 1 ἐστράτευσαν — ἐς Παρρασίους, κατὰ στάσιν ἐπικαλεσαμένων (sc. τῶν Παρρασίων). — VI. 53. 1 καταλαμβάνουσι τὴν Σαλαμινίαν ναῦν ἥκουσαν ἐπί τε Ἀλκιβιάδην — καὶ ἐπ' ἄλλους τινὰς τῶν στρατιωτῶν τῶν μετ' αὐτοῦ, μεμηνυμένων (sc. αὐτῶν, quod respicit ad τινάς, quod praecedit) περὶ τῶν μυστηρίων ὡς ἀσεβούντων (in quibus verbis prolepsin quandam conspici Krueg. annotat conferens gr. gr. 61. 6 4). — IV. 8. 8 σφεῖς ἄνευ — κινδύνου ἐπολιορκήσειν τὸ χωρίον, σίτου τε οὐκ ἐνόντος καὶ δι ὀλίγης παρασκευῆς κατειλημμένου, ubi κατειλημμένου nonnisi ad nomen χωρίον quadrat. Neque ibi illa structura spernitur, ubi alii genitivi absoluti additi sunt.

cf. III. 22. 1 προσέμιξαν τῷ τείχει τῶν πολεμίων λαθόντες τοὺς φύλακας, ἀνὰ τὸ σκοτεινὸν μὲν οὐ προϊδόντων αὐτῶν (sc. τῶν φυλάκων) ψόφῳ δὲ ἐκ τοῦ προσιέναι αὐτοὺς ἀντιπαγοῦντος τοῦ ἀνέμου οὐ καταλουσάντων, ubi genitivus absol. ἀντιπαγοῦντος κτλ. causam indicat ejus rei, quae sequenti genitivo absol. continetur. Genitivi absoluti autem ponerentur necesse erat propter vim, quae in iis, quae narrant, inest. (Falso huc refert Poppo VI. 121, ubi scribit οἷς τὸ ψεύσασθαι καλῶς χρήσιμον αὐτοὺς λόγους παρασχομένους addens Aug. Reg. H. Vind. suppeditare αὐτῶν pro αὐτούς, quod duceret ad scripturam αὐτῶν παρασχομένων. Sequi hic debemus Kruegerum scribentem αὐτων — παρασχομένους) (Recte autem Poppo p. 122 explicat I. 68. 2 τῶν λεγόντων μᾶλλον ὑπενοεῖτε, ὡς — λέγουσι genitivum pendere e tota formula ὡς — λέγουσι idem significante, quod τὸ λέγειν — cf. Classen. ad. h. l.).

C. Frequentissimi ii loci apud Thucydidem sunt, quibus genitivus absolutus positus est subjecto non addito, ita quidem, ut aut genitivus pronominis personalis vel demonstrativi e conexu sententiarum supplendus sit aut universam notionem vel personae vel rei scriptori ante oculos obversatam esse accipiamus, quae aliquo modo in oratione indicata est, quod inprimis fit in statibus universis

depingendis, id, quod etiam in Latinorum ablativo absoluto fieri non debet.

a. cf. I. 1. 1 *ξυνέγραψε τὸν πόλεμον — εὐθὺς καθισταμένου* (sc. *τοῦ πολέμου* — cf. I. 105. 2 *πολέμου δὲ καταστάντος*) — 36. 1 *μὴ δεξαμένου* (sc. *αὐτοῦ*) — 73. 4 *ἀδυνάτων ἂν ὄντων* (sc. *τῶν Πελοποννησίων*). — II. 8. 4 *ἄλλως τε καὶ προειπόντων* (sc. *αὐτῶν, τῶν Λακεδαιμονίων*) — 80. 6 *προσόντος δὲ καὶ τοῦδε, χρήμασι δὲ νικωμένου* (sc. *αὐτοῦ, τοῦ φιλοπόλιδος*) — 81. 6 *ἐς φόβον καταστάντων διαφθείρονται τε πολλοὶ τῶν Χαόνων, καὶ οἱ ἄλλοι — βάρβαροι οὐκέτι ὑπέμειναν.* — Quis intelligendus sit, ex enuntiatis primariis cognoscitur, in quibus de sorte multitudinis, quam genitivus absolutus complectitur, in partes singulas distributae accuratius narratur. — III. 20. 3 *ῥαδίως καθορωμένου ἐς ὃ ἐβούλοντο τοῦ τείχους*; (supplendum *τούτου* ex *ἐς ὅ*, e quo genitivus partitivus *τοῦ τείχους* pendet). — 45. 3 *παραβαινομένων* sc. *τῶν ζημιῶν* — 55. 1 *δεομένων γὰρ ξυμμαχίας* (sc. *ἡμῶν*) 70. 2 *ἐς λόγους καταστάντων* (sc. *τῶν πρέσβεων τοῖς Κερκυραίοις*) — 72 *ἐλθόντων* (sc. *αὐτῶν. τῶν πρέσβεων*) — 92. 6 *τὸν θεὸν ἐπήροντο, κελεύοντος δὲ* (sc. *τοῦ θεοῦ*) *ἐξέπεμψαν* — cf. VIII. 6. 4 *κατάσκοπον ἐς τὴν Χίον πέμψαντες — ἀγγείλαντος* (sc. *τοῦ κατασκόπου*) *αὐτοῖς — ἐποιήσαντο* — IV. 3. 1 *ἀντιλεγόντων δὲ* (sc. *τῶν στρατηγῶν δηλονότι* schol.). — (IV. 88 *κατειλημμένου* sc. *αὐτοῦ* i. e. *τοῦ χωρίου*; sed hic *κατειλημμένον* scribendum verisimile esse jam supra vidimus) — 34 *βαλλομένων* sc. *τῶν Λακεδαιμονίων*). — 38. 3 *ἐκείνων γὰρ οὐδένα ἀφέντων, αὐτῶν δὲ τῶν Ἀθηναίων καλούντων — κήρυκας,* ubi *ἐκείνων* respiciens ad Lacedaemonios genitivus partitivus videtur esse pendens ex *οὐδένα*, ita ut subjectum sit *Ἀθηναίων* ex iis, quae sequuntur, huc referendum. — IV. 41. 4 *φοιτώντων* (sc. *αὐτῶν*, quod ex praecedenti *αὐτόθι* supplendum) — 47. 1 *ὡς δὲ ἔπεισαν* (sc. *οἱ φίλοι*) *καὶ μηχανησαμένων* (sc. *τῶν φίλων*) *τὸν πλοῦν* etc. — 58 *ἐς λόγους κατέστησαν ἀλλήλους καὶ πολλαὶ γνῶμαι ἐλέγοντο, διαφερομένων καὶ ἀξιούντων* (sc. *αὐτῶν*) — 66. 1 *στασιασάντων* (sc. *τῶν Μεγαρέων*) — 73. 3 *ἡσσηθέντων* (sc. *σφῶν*) — §. 4. *μὴ ἐπιόντων* (sc. *τῶν Λακεδαιμονίων*, schol.) —

80. 1 *ἄλλως τε καὶ ἑτοίμων ὄντων* (sc. *τῶν Χαλκιδέων καὶ τοῦ Περδίκκου* schol.) *τρέφειν τε καὶ ἐπὶ ἀποστάσει σφᾶς ἐπικαλουμένων* — 96. 3 *κυκλωθέντων* sc. *τῶν Θεσπιέων* — §. 5 *ὑπερφανέντων* sc. *τῶν ἱππέων τῶν Βοιωτῶν* schol. — 108. 1 *κρατούντων* (sc. *τῶν Λακεδαιμονίων*), *τηρουμένων* (cf. Krueg. ad h. l.) — 130. 5 *φοβηθέντων* sc. *τῶν Πελοποννησίων*. — V. 33. 1 *ἐπικαλεσαμένων* sc. *τῶν Παρρασίων* schol. — 103. 1 *σφαλέντων* sc. *αὐτῶν*. — VI. 10. 2 *σφαλέντων δὲ* sc. *ὑμῶν* vel potius *ἡμῶν* — VI. 66. 3 *παρασκευαζομένων* sc. *αὐτῶν*.— VII. 30. 4 *χρησαμένων* sc. *αὐτῶν* i. e. *τῶν Μυκαλησσίων* — 48. 2 *θαλασσοκρατούντων* sc. *σφῶν* (Quid de VII. 57. 11 judicandum, jam supra vidimus) — 68. 3 *πραξάντων* sc. *ἡμῶν*, quod manuscriptus addit, quem Boehm. sequitur; sed rectius Kruegerus *αὐτῶν* supplet, ad *πράττειν τε* conconferri jubens gr. 46. 5. 11. — VIII. 14. 1 *κελευόντων* sc. *τούτων, οἷς προξυνεγένοντο* — 53. 2 *βασιλέως αὐτοῖς χρήματα παρεχόντων, σφίσι τε οὐκέτι ὄντων* sc. *χρημάτων* — 95. 4 *πληρουμένων* sc. *τῶν νεῶν*.

b. Notio generalis supplenda est:

I. 2. 2 *ὁπότε τις ἐπελθὼν καὶ ἀτειχίστων ἅμα ὄντων* quum muros nondum possiderent — 3. 2. *Ἕλληνος δὲ καὶ τῶν παιδῶν αὐτοῦ — ἰσχυσάντων, καὶ ἐπαγομένων αὐτοὺς ἐς τὰς ἄλλας πόλεις.* Subjectum ad *ἐπαγομένων*, quod est *ἄλλων τινῶν*, e connexu sententiarum cognosci potest et per verba *ἐς τὰς ἄλλας πόλεις* indicatum est. Notanda est mutatio subjectorum in genitivis absolutis arcte inter se conjunctis, quibus sensus similis subest, quum uterque tempori definiendo inserviat. — I. 25. 4 *κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς*. — II. 52. 3 *αὐτοῦ ἐν ἀποθνησκόντων* (sc. *τῶν ἀνθρώπων*). — III. 34. 3 *προσβαλῶν τῶν τειχίσματι ἐξαπιναίως καὶ οὐ προσδεχομένων αἱρεῖ*. — III. 82. 1 *ἐν μὲν εἰρήνῃ οὐκ ἂν ἐχόντων πρόφασιν οὐδ' ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτοὺς* (sc. *τῶν Ἑλλήνων*), *πολεμουμένων δὲ* intelligendae sunt duae partes, quae bellum gerunt altera cum altera — §. 7 *οὐκ ἐχόντων ἄλλωθεν δύναμιν* (sc. *αὐτῶν* respiciens ad *ἑκατέρῳ* K.) — §. 8 *ἐς τὸ φιλονεικεῖν καθισταμένων* sc. *τῶν ἀνθρώπων*. —

V. 17. 2 *οὐ προδόντων* sc. *τινῶν.* — VII. 27. 4 *ξυνεχῶς καθημένων* sc. *αὐτῶν, τῶν πολεμίων.* — VIII. 44. 1 *ἐπικηρυκευομένων* sc. *τινῶν* — 28. 2 *προσβαλόντες τῇ Ἰάσῳ ἀφνίδιοι καὶ οὐ προσδεχομένων* sc. *τῶν ἀνθρώπων ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, τῶν Ἰασίων.*

D. Deinde verba impersonalia et passiva impersonaliter uturpata in genitivo absoluto ponuntur (id, quod Latinorum consuetudini respondet, e qua dicitur: „comperto, cognito, nuntiato,“ quae sunt similia [1])), sed rarissime, nam ea verba absolute dicta plerumque in accusativo poni jam vidimus.

a. cf. I. 76 *ἀεὶ καθεστῶτος* quum usu venerit, semper in usu sit.

b. I. 74. 1 *δηλωθέντος* (cf. Krueg. ad h. l. qui similes locos collaudat e Aesch., Her. Lys. Plat. sumptos). — VI. 58. 1 *ἀγγελθέντος.*

E. Ita etiam pluralis verborum impersonaliter usurpatorum adhibitus est.

a. Quod VI. 58. 1 *ἀγγελθέντος* in singulari positum modo attuli, in plurali invenitur I. 116. 3 *ἐσαγγελθέντων.*

b. Etiam participia verborum *εἶναι* et *γίγνεσθαι,* si iis adjectiva neutrius generis, quae substantivorum notionem adepti sunt, addita sunt, in genitivo absoluto ac quidem etiam in genitivo pluralis ponuntur; quomodo si adhibentur, minus de singulis, dissociatis rebus cogitatur, sed potius indicant scriptores hoc usu summam rerum, significant varietatem in unitatem quandam, in unam copiam junctam esse. — Loci, in quibus Thucydides tale dicendi genus usurpavit, sunt: I. 7 *πλωϊμωτέρων ὄντων* i. e. *ἐπειδὴ πλωϊμώτερα αὐτοῖς ἐγένετο* (cf. Poppo p. 94), quum iis navigationis major facultas facta esset (cf. 8. 2 *πλωϊμώτερα ἐγένετο παρ᾽ ἀλλήλους*). — IV. 20. 1 *ὄντων ἀκρίτων* dum belli eventus adhuc in incerto esset (cf. Bétant, lex. Thuc.).

F. Nunquam autem genitivus absolutus ita usurpatur,

---

1) cujus ablativi absoluti usum Tacitum valde extendisse commemorat Poppo p. 376 afferens Ann. I. 7 juxta periculoso.

ut ὄντος omissum supplendum sit, in qua re graecam linguam differre a latina, cujus usus, si ablativus absolutus adhibetur, permittit, ut participium omittatur, jam supra indicavimus. — Itaque Thucydides contra regulam scripsit III. 82. 1 οὐδ᾽ ἑτοίμων παρακαλεῖν αὐτοὺς (quum parati non essent ad illos advocandos) participio ὄντων omisso, nisi cum Kruegero participium a librario omissum esse accipientes in textum recipimus, quod fiat videtur necesse esse (cf. 85. 2 ἑτοίμων ὄντων αὐτῶν δίκας δοῦναι).

Ubi enim verbi causa Θεμιστοκλέους ἄρχοντος simileve dicitur, genitivus ἄρχοντος pro participio habendus est, quod etiam valet de verbis ἑκών et ἄκων, quae Thucydides hoc modo rarissime usurpavit, scilicet I. 96. 1 ἑκόντων τῶν ξυμμάχων id facientes voluntate sociorum. — VI. 76. 3 ἑκόντων τῶν Ἰώνων. — IV. 78. 4 ἀκόντων (sc. αὐτῶν — illis invitis) ἔφασαν διάξειν — ibid. ἀκόντων ἐκείνων οὐκ ἂν προελθεῖν. — VII. 86. 2 ἄκοντος τοῦ Γυλίππου. — VIII. 3. 1 μεμφομένων καὶ ἀκόντων τῶν Θεσσαλῶν. —

De usu dativi participii.

10. A. Dativus ad enuntiatum relatus significare potest illud nonnisi respectu hujus dativi valens cogitandum esse (dativus relativus). — Conjunctum autem cum participio praedicativo ad genitivi absoluti notionem accedit, atque α) ad tempus respiciens verti potest per praepositionem, quae est quum etc.

I. 6. 3 ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ remisso vitae genere et institutione — cf. I. 30. 3, ubi contra plurimos codd., qui περιόντι τῷ θέρει scribunt, quod aptum sensum non praebeat, recipiendum esse περιιόντι τῷ θέρει, quod Reiskius conjecit et in uno codice exstat, consentio cum Kruegero et Classenio, ea quidem significatione, qua Classenius verba usurpata esse dicit, ut sit: aestas quum jam praecipitaret,

sub finem aestatis (cf. Passow. lex. II. 1 p. 839 s. v. 3) (quod VII. 9. 1 dicitur: *ἐν δὲ τῷ αὐτῷ θέρει τέλευτῶντι*). — III. 20. 1 *τῷ σίτῳ ἐπιλιπόντι* quum cibus deficere inciperet, sensu substantivi verbalis positum: *τῇ ἐπιλείψει τοῦ σίτου* — cf. III. 1. 1 *ἅμα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντι* (pro qua structura Thucydides genitivum absol. usurpavit II. 19. 1 *τοῦ σίτου ἀκμάζοντος* et 79. 1 *ἀκμάζοντος τοῦ σίτου*). — IV. 56 *τοῖς δ' Ἀθηναίοις τότε τὴν παραθαλάσσιον δῃοῦσι* (proprie: respectu Atheniensium, quod attinet ad Athenienses K.) *τὰ μὲν πόλλα ἡσύχασαν* VIII. 24. 6 *εἰργομένους οὖν αὐτοῖς τῆς θαλάσσης καὶ κατὰ γῆν πορθομένοις* (cf. Poppo p. 123). — (Similiter dativus usurpatus praedicato antecedente sed participio omisso II. 100. 6 *πολλαπλασίῳ τῷ ὁμίλῳ* — cf. VII. 80. 1 *τῶν ἐπιτηδείων πάντων ἀπορίᾳ ἤδη*).

b. Tum dativus participii ita usurpatur, ut generalis notio, ut *τινὶ*, *ἀνθρώποις*, supplenda sit, inprimis autem ad modum significandum rationis, quam aliquis init in aestimanda, judicanda, describenda aliqua re.

α. cf. I. 10. 5 *τὸ μέσον σκοποῦντι* si quis medium perpendit — 21. 2 *ὁ πόλεμος οὗτος — ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων σκοποῦσι — δηλώσει κτλ.* — II. 49. 5 *τὸ ἔξωθεν ἁπτομένῳ σῶμα* ei, qui attingebat, si quis attingebat exterius corpus — 51. 1 *τὸ μὲν οὖν νόσημα πολλὰ καὶ ἄλλα παραλιπόντι ἀποπίας — τοιοῦτον ἦν* si quis singulares morbi casus praetermittat.

β. Etiam hic dativus participii loco aliquo accuratius describendo et definiendo inservit

I. 24. 1 *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον* — cf. V. 10. 6 *ᾗπερ νῦν κατὰ τὸ καρτερώτατον τοῦ χυρίου ἰόντι τρόπαιον ἕστηκε.* — II. 96. 1 *ὑπερβάντι Αἶμον* et Class. ad h. l.

c. Deinde dativus relationis locis, quibus verbum *εἶναι* ad temporis spatium definiendum, quod certis finibus continetur, adhibetur, inservit indicando vestigio temporis, e quo exire debemus ad computandam aliquam rem „terminum, a quo" qui dicitur

cf. III. 29 2 *ἡμέραι δὲ μάλιστα ἦσαν τῇ Μυτιλήνῃ ἑαλωκυίᾳ*

ἑπτὰ ὅτ' ἐς τὸ Ἔμβατον κατέπλευσαν, ubi conjunctio *ὅτε* terminum ad quem (pro *μέχρι*) indicat.

B. Dativus relationis ad aliquam personam respiciens etiam exprimere potest aliquid homini curae esse, aliquid ad se pertinere eum putare (dativus ethicus); atque talis dativus accuratius definitur addito participio personali e studio Graecorum constructiones personales adhibendi, veluti *βουλομένῳ*, volenti mihi est, volo, id, quod Thucydides inprimis ita usurpat, *ἀσμένῳ*, quae sunt similia. cf. II. 3. 2 *τῷ γὰρ πλήθει οὐ βουλομένῳ ἦν — ἀφίστασθαι.* — VII. 35. 2 *σφίσι βουλομένοις εἶναι.* — VIII. 29. 6 *ὅσοις μὴ βουλομένοις ταῦτα ἦν* et negatione non addita IV. 80. 2 *βουλομένοις ἦν.* — IV. 85. 4 *βουλομένοις ἔσεσθαι.* — Pariter *προσδεχομένω* positum II. 60. 1 *προσδεχομένῳ μοὶ τὰ τῆς ὀργῆς — γεγένηται*, quod optime demonstrat, quomodo illa dicendi ratio orta sit (cf. IV. 28. 5 *ἀσμένοις ἐγίγνετο*). — IV. 46. 2 *τῷ Νικίᾳ προσδεχομένῳ ἦν τὰ παρὰ τῶν Ἐγεσταίων* (E latinis scriptoribus, qui hoc dicendi genus imitati sunt, Classenius affert ad II. 3. 2 Sallustium et Tacitum, ubi locos ab eo allatos conferas).

(6. Denique addiderim nonullos locos, quibus dativum pro nominativo usurpatum scholiasta et complures interpretes male sibi visi sunt invenisse (cf. Poppo p. 123). — Ita IV. 98. 8 *Σαφῶς τε ἐκέλευον σφίσιν εἰπεῖν, μὴ ἀποῦσιν ἐκ τῆς Βοιωτῶν γῆς, ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια τοὺς νέκρους σπένδουσιν ἀναιρεῖσθαι,* ubi a nonnullis *σφισιν* ad Boeotos relatum est, ita ut dativus, qui sequitur, pro nominativo videatur positus esse; sed apertet dativum ad Athenienses ipsos referendum atque locum ita explicandum esse, ut Kruegerus eum intelligit „poscebant, ut sibi accurate declararetur, sibi licere, non ea conditione, ut recederent e Boeotorum agro, sed e patriis institutis induciis factis cadavera recipere. — Deinde Poppo commemorat IV. 93. 2 *τῷ δὲ Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη,* ubi pronomen, quod substantivum recipit, redundare videtur. Structurae autem originem proprie inde ortam esse Poppo censet, quod duplex loquendi genus *τῷ Ἱπποκράτει ὡς ἠγ-*

γέλθη et ὁ Ἱπποκσάτης, ὡς αὐτῷ ἠγγέλθη cunjunctum sit. — Fortasse etiam res ita explicanda, ut in formando initio enuntiati scriptori verbum finitum obversatum esse, quod ad dativum substantivi quadraret, tum autem oblitum initae rationis structuram mutasse atque perrexisse, quasi non dativus τῷ Ἱπποκράτει, sed nominativus ὁ Ἱπποκράτης antecessisset dicamus).



